Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8174
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Secundo supersinistro per horas quatuor vel circa 3o reuertatur
super latere dextro vltimo sompno Et stet capite bene
eleuatum et competenter cohopto ab exercicio tempore actualis
epydimie et precaudum et maxime in aere distooperto quia propter
ipsum nimium attrahitur aere infecto Sed sic exercicium
aliquale in aere recluse habitacionis stoncho ieiuno. Ante
tamen euentum pestilencie vtatur exercicio copioso et plus
laudatur omnia requies tunc etc. ¶ Precauendum est ab ira
tristicia timore sollicitudine cogitacione et gaudere et di
lectari debet cum melodiis et cantilenis ystoriis de
lectabilibus et consimilibus.
Acoytu est retrahendum et si non in totum saltem secundum magnam
partem et ideo nullus debet vxorem ducere pertinet nec per
curare. vanas euacuaciones fallit hec regula si venacio sit
recens et iocundaris.
¶ Vitande sunt conuersaciones politice quam plus possibile est
ne fiat permixtio et confusio in hanelitibus de aere
infecto et multo magis ab infectis. Tercio Nunc 2o
dicendum est de debita administracione sex medicinarum
¶ Quarum prima est pillule descripte prima quarti tractatu
de pestilencia que sic fiant Recipe aloes ℥ ii mirre croci ana
℥ i. reficiantur cum aqua mente et fiant grossitie sicut ciceris
grana et dentur pro vice due vel 3o secundum dispositionem sumentis
solent et exsiccant prohibendo putrefactionem corporis. Nec forte
malum si sumens est aptus inflacioni addere in tempore
cadendo in corpore colo. terre sigillate ℥ i. et eas reficere
cum aqua ro. Aliis autem temporibus fiat ut dictum est
debet autem sumi cibum aliquando per duas vel tres horas

Pille